

Ad tertium dicendum, quod Divinitas Christi non debuit omnibus in ejus nativitate manifestari, sed magis occultari in defectibus infantilis ætatis, sed quando jam pervenit ad perfectam ætatem, in qua oportebat eum docere, & miracula facere, & homines ad se convertere, tunc testimonio Patris erat ejus Divinitas manifestanda, ut ejus doctrina credibilior fieret: unde & ipse dicit Joan. v. 37. *Qui misit me Pater, ipse testimonium (a) perhibet de me*: Et hoc præcipue in baptismo, per quem homines renascuntur in filios Dei adoptivos. Filii autem Dei adoptivi instituuntur ad similitudinem filii naturalis, secundum illud Rom. vi. 11. *Quis præfuit, hos & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui*. Unde Hilarius dicit super Math. (can. 11. in fin.) quod *super Jesum baptizatum descendit Spiritus Sanctus, & vox Patris audita est dicentis: Hic est filius meus dilectus: ut ex his que consummabantur in Christo cognosceremus post aquæ lavacrum, & de celestibus (b) patris sanctum, in nos spiritum invocare, & paternæ vocis adoptione Dei filios fieri.*

QUESTIO XL.

De modo conversationis Christi.

in quatuor articulos divisa.

Consequenter post ea quæ pertinent ad ingressum Christi in mundum, vel ad ejus principium, considerandum restat de his quæ pertinent ad progressum ipsius: & primo considerandum est de modo conversationis ipsius; secundum de tentatione ejus; tertio de doctrina; quarto de miraculis.

Circa primum quaruntur quatuor.

Primo, utrum Christus debuerit solitariam vitam ducere, an inter homines conversari.

Secundo, utrum debuerit austeram vitam ducere in cibo, & potu, & vestitu, an cum aliis communem.

Tertio, utrum debuerit abjecte vivere in hoc mundo, an in divitiis, & honore.

Quarto, utrum debuerit secundum legem vivere.

ARTICULUS I.

Utrum conveniens fuerit, Christum inter homines conversari.

Infr. art. 2. cor. 2. 2. quæst. XXV. art. 6. ad 5.

AD primum sic proceditur. Videtur quod Christus non debuerit inter homines conversari, sed solitariam vitam agere. Oportebat enim quod Christus sua conversatione non solum se hominem ostenderet esse, sed etiam Deum. Sed Deum non convenit cum hominibus conversari: dicitur enim Danielis 11. 2. *Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conversatio*: & Philo sophus dicit in I. Politicæ (cap. 11. & med.) quod *ille qui solitarii vivit, aut est bestia, si scilicet propter lævitiam hoc faciat, aut est Deus, si hoc faciat propter contemplandam veritatem*. Ergo videtur quod non fuerit conveniens Christum inter homines conversari.

2. Præterea. Christus, dum in carne mortali vixit, debuit perfectissimam vitam ducere. Perfectissima autem vita est contemplativa, ut in secunda parte habitum est (2. 2. quæst. cxxxii. art. 1. & 2.) Ad vitam autem contemplativam maxime competit solitudo, secundum illud Osee 11. 14. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus*. Ergo videtur quod Christus debuerit solitariam vitam ducere.

3. Præterea. Conversatio Christi debuit esse uniformis: quia semper in eo debuit apparere id quod optimum est. Sed quandoque Christus solitaria loca querebat, turbas declinans: unde Remigius dicit super Math. (hab. in Cat. D. Th. in princ. cap. v.) *Tria refugia legitur Dominus habuisse, navim, montem, & desertum ad quorum alterum, quotiescumque à turbis commovebatur, ascendebat*. Ergo & semper debuit solitariam vitam agere.

Sed contra est quod dicitur Baruch 111. 38. *Post hoc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est*.

Respondetur dicendum, quod conversatio Christi talis debuit esse ut conveniret fini incarnationis, secundum quam venit in mundum. Venit autem in mundum primo quidem ad manifestandam veritatem, sicut ipse dicit Joan. xviii. 37. *In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati*. Et ideo non debebat se occultare, vitam solitariam agens, sed in publicum procedere, publice prædicando. Unde Lucæ 1v. 43. dixit illis qui volebant eum desinare: *Quia, & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum*. Secundo venit ad hoc

(a) Vulgata perhibuit. (b) Ita nisi. & editi communiter. Cod. Alcan. partibus.

ut homines à peccato liberaret, secundum illud I. ad Timoth. 1. 15. *Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere*. Et ideo, ut Chrysostomus dicit (hab. in Cath. aur. D. Thom. sup. illud Luc. 1v. *Quia & aliis civitatibus*.) licet in eodem loco manendo posset, Christus ad se omnes atrahere, ut ejus prædicationem audirent; non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum, ut perambulemus, & requiramus peregrinam, sicut pastor ovem perditam, & medicus accedit ad infirmum. Tertio venit, ut per ipsum habeamus accessum ad Deum, ut dicitur Rom. v. Et ideo familiariter cum hominibus conversando, conveniens fuit ut hominibus fiducia daret ad se accedendi. Unde dicitur Math. 1x. 10. *Falsum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus*: quod exponens Hieronymus dicit peccatores: (a) Viderunt publicanum, ad peccata ad meliora conversum, locum inveniisse penitentis; & ob id etiam ipsi non desperant salutem.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus per humanitatem suam voluit manifestare Divinitatem; & ideo conversando cum hominibus (quod est proprium hominis) manifestavit omnibus suam Divinitatem, prædicando, & miracula faciendo, & innocenter & iuste inter homines conversando.

Ad secundum dicendum, quod, sicut in secunda parte dictum est (2. 2. quæst. cxxxii. art. 1. & quæst. cxxxviii. art. 6.) vita contemplativa simpliciter est melior quam activa, quæ occupatur circa corporales actus, sed vita activa, secundum quam aliquis prædicando, & docendo contemplata aliis tradit, est perfectior quam vita quæ solum contemplantur, quia talis vita præsupponit abundantiam contemplationis. Et ideo Christus talem vitam elegit.

Ad tertium dicendum, quod actio Christi fuit nostra instructio. Et ideo ut daret exemplum prædicatoribus, quod non semper se darent in publicum, ideo quandoque Dominus se à turbis retraxit. Quod quidem legitur fecisse propter tria. Quandoque quidem propter corporalem quietem: unde Marc. vi. 31. dicitur, quod Dominus dixit discipulis: *Venite scorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui veniebant, & residant multi, & nec spatium manducandi habebant*. Quandoque vero causa orationis: Unde dicitur Lucæ vi. 12. *Factum est in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei: ubi ait Ambrosius quod, ad præcepta virtutis suo nos.*

S. Thom. Op. Tom. 7.

(a) Ita Codex Alcan. Hieronymo conformis. Editi passim: Videbant publicanum à peccatis Sec.

Editio Rom. Videbant publicani à peccatis ad meliora conversi locum inveniisse penitentis, &c.

informat exemplo. Quandoque vero, ut doceret favorem humanum vitare. Unde super illud Math. v. *Vidit Jesus turbas, ascendit in montem, dicit Chrysostomus (hom. xv. in Math. circa princ.)*, Per hoc quod non in civitate, & foro, sed in monte, & solitudine sedit, eruditur nos, nihil ad operationem facere, & à tumultibus abesse, dere, & maxime cum de necessariis disputare oportet.

ARTICULUS II.

Utrum Christus austeram vitam in hoc mundo ducere debuerit.

Infr. quæst. xli. art. 4. ad 1.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod Christus debuerit austeram vitam ducere in hoc mundo. Christus enim multo magis prædica vit perfectionem vitam, quam Joannes, Sed Joannes austeram vitam duxit, ut suo exemplo homines ad perfectionem vite provocaret: dicitur enim Math. 111. 4. quod ipse Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pellicam circa lumbos suos; esca autem ejus erant locustæ, & mel sylvestre: quod exponens Chrysostomus (hom. x. in Math. circa med.) dicit: *Erant mirabile in humano corpore tantam patientiam videre, quod & Judæos magis attraheret*. Ergo videtur quod multo magis Christum decuerit austera vita.

2. Præterea. Abstinentia ad continentiam ordinatur: dicitur enim Osee 1v. 10. *Continentes, & non saturabuntur; fornicati sunt, & non cessaverunt*. Sed Christus continentiam, cum se servavit, & aliis servandam proposuit, cum dixit Math. xix. 12. *Sunt enim qui se castitatem propter regnum celorum: qui potest capere capiat*. Ergo videtur quod Christus in se, & in suis discipulis austertatem vite servare debuerit.

3. Præterea. Rudeium videtur ut aliquis districtiorem vitam incipiat, & ab ea in laxiorem revertatur: potest enim dici contra eum, quod habetur Luc. xv. 30. *Hic homo cepit edificare, & non potuit consummare*. Christus autem districtissimam vitam incepit post baptismum, manens in deserto, & jejuniens quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Ergo videtur non fuisse congruum, quod post tantam vite districtiorem ad communiorem vitam rediret.

Sed contra est quod dicitur Math. xi. 19. *Venit. Filius hominis manducans, & bibens*.

Respondetur dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) congruum erat incarnationis fini, ut deus in homine viveret, & homines ad deum duceret. Et ideo non debuit Christus austeram vitam ducere, sed vitam communem, & humanam, ut exemplo suo homines ad deum duceret.

Intelligendum dicit de Spiritu Sancto, ut scilicet, illuc cum Spiritus suus duceret, ubi enim ad tentandum spiritus malignus inueniret. Sed à diabolo passus est ut assumeret vel supra pinnaculum templi, vel etiam in montem excelsum valde. Nec est mirum ut Gregorius dicit (ibid.) *se ab illo permitti in montem duci, qui se permitti à membris ipsius crucifigi*. Intelligitur autem à diabolo assumptus, non quasi ex necessitate: sed quia, ut Origenes dicit super Luc. (hom. xxxi. in princ.) *sequatur eum ad tentationem quasi athleta sponte procedens*.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Apostolus dicit (Heb. 11.) *Christus in omnibus tentari voluit absque peccato*. Tentatio autem quæ est ab hoste, potest esse sine peccato, quia fit per solam exteriorum suggestionem. Tentatio autem quæ est à carne, non potest esse sine peccato, quia huiusmodi tentatio fit per delectationem, & concupiscentiam: & sicut Augustinus dicit (Lib. XIX. de civit. Dei. cap. vi. ante med.) *nonnullum peccatum est quando caro concupiscit adversus spiritum*. Et ideo Christus tentari voluit ab hoste, sed non à carne.

ARTICULUS II. 227

Utrum Christus in deserto tentari debuerit.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod Christus non debuerit tentari in deserto. Christus enim tentari voluit propter exemplum nostrum, ut dictum est (art. præc.) Sed exemplum debet manifeste proponi illis qui sunt per exemplum informandi. Non ergo debuit in deserto tentari.

2. Præterea, Chrysothomus dicit super Matth. (hom. xiiii. à princ.) quod tunc maxime inflat diabolus ad tentandum, cum viderit solitarii: unde & in principio mulierem tentavit, sine viro eam inveniens: Et sic videtur, per hoc quod in deserto ivit ut tentaretur, quod tentationi se exposuit. Cum ergo ejus tentatio sit nostrum exemplum, videtur quod etiam alii debeant se ingerere ad tentationes suscipiendas; quod tamen videtur esse periculosum, cum magis tentationum occasiones vitare debeamus.

3. Præterea, Matth. 14. ponit secunda Christi tentatio, qua diabolus Christum assumptum in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi; quod quidem non erat in deserto. Non ergo tentatus est solum in deserto.

(a) *Vulgata nec fies in omni circa regione.*

Sed contra est quod dicitur Marci 1. 13. quod erat Jesus in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc. ad 2.) Christus propria voluntate se diabolo exhibuit ad tentandum, sicut etiam propria voluntate membris ejus se exhibuit ad occidendum; alioquin diabolus venire ad eum non auderet. Diabolus autem magis attentat aliquem, cum est solitarius: quia, ut dicitur Eccl. vi. 12. *si quisquam prevaluerit contra unum, duo resistunt ei*. Et inde est quod certaminis, ut ibi à diabolo tentaretur. Unde Ambrrosius dicit super Lucam (cap. 14.) quod *Christus ageretur in deserto, consiliis, ut diabolum provocaret. Nam nisi ille certasset, scilicet diabolus, non iste mihi vicisset*, id est Christus. Addit autem & alias rationes, dicens, hoc Christum fecisse mysterio, ut Adam de exilio liberaret, qui scilicet de paradiso in desertum ejectus est; & exemplo, ut ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus invidere.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus proponitur omnibus in exemplum per fidem, secundum illud Heb. xii. 2. *Aspirantes in auctorem fidei, & consummationem Jesum*. Fides autem, ut dicitur Rom. x. 17. *est ex auditu*, non autem ex visu. Quinimo Joan. xx. 29. dicitur: *Beati qui non viderunt, & crediderunt*. Et ideo ad hoc quod tentatio Christi esset nobis in exemplum, non oportuit quod ab hominibus videretur; sed sufficiens fuit quod hominibus narraretur.

Ad secundum dicendum, quod duplex est tentationis occasio. Una quidem ex parte hominis; puta cum aliquis se peccato propinquum facit, occasiones peccandi non evitans; & talis occasio tentationis est vitanda, sicut dictum est Loth Genes. xix. 17. (a) *Nestretis in omni regione circa Sodomam*. Alia vero tentationis occasio est ex parte diaboli, ut Ambrrosius dicit (loc. sup. cit.) & talis tentationis occasio non est vitanda. Unde dicit Chrysothomus (alii Auctor) super Matth. (hom. v. in op. imperf. aliquant. à princ.) quod non solum Christus ductus est in desertum à Spiritu Sancto, sed omnes filii Dei habentes Spiritum Sanctum: non enim sunt contenti sedere otiosi; sed Spiritus Sanctus urget eos aliquod magnum apprehendere opus; quod est esse in deserto quantum ad diabolum: quia non est ibi injustitia, in qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum opus est de-

sertum, quantum ad carnem; & mundum: quia non est secundum voluntatem carnis, & mundi. Talem autem occasionem tentationis dare diabolo non est periculosum: quia magis est consilium Spiritus Sancti, qui est perfecti operis auctor, quam impugnatio diaboli invidentis.

Ad tertium dicendum, quod quidam dicunt, omnes tentationes factas fuisse in deserto: quorum quidam dicunt, quod Christus ductus est in sanctam civitatem non realiter, sed secundum imaginariam visionem: quidam autem dicunt, quod etiam ipsa civitas sancta, id est Hierusalem, desertum dicitur, quia erat derelicta à Deo. Sed hoc non est necessarium: quia Marcus dicit, quod in deserto tentabatur à diabolo; non autem dicit, quod solum in deserto.

ARTICULUS III. 228

Utrum Christi tentatio debuerit esse post jejunium.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod Christi tentatio non debuerit esse post jejunium. Dicitur enim est supra (quæst. præc. art. 2.) quod Christum non decebat conversationis austeritas. Sed maxime austeritatis fuisse videtur quod quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nihil comederit: sic enim intelligitur quadraginta diebus, & noctibus jejunasse: quia scilicet in illis diebus nullum omnino cibum sumpsit, ut Gregorius dicit (hom. xvi. in Evang. circ. med.) Ergo non videtur quod debuerit huiusmodi jejunium tentationi præmittere.

2. Præterea, Marci 1. 13. dicitur, quod erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana. Sed quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunavit. Ergo videtur quod non post jejunium, sed simul dum jejunaret, sit tentatus à diabolo.

3. Præterea, Christus non legitur nisi semel jejunasse. Sed non solum semel fuit tentatus à diabolo: dicitur enim Luc. 14. 13. quod consummavit omni tentatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Sicut ergo secunde tentationi non præmisit jejunium, ita nec primæ præmittere debuit.

Sed contra est quod dicitur Matth. 14. 2. *Cum jejunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurit: & tunc accessit ad eum tentator*.

Respondeo dicendum, quod convenienter Christus post jejunium tentari voluit. Primo quidem propter exemplum: quia cum omnibus, sicut dictum est (art. 1. huj. quæst.) imminet se contra tentationes tueri, per hoc quod ipse ante tentationem futuram jejunavit, docuit quod per jejunium non oportet contra tentationes armari. Unde inter arma justitiæ Apostolus jejunia connumerat II. ad Corinth. vi. Secundo ut ostenderet quod etiam jejunans diabolus aggreditur ad tentandum, sicut alios qui bonis operibus vacant: & ideo sicut post baptismum, ita post jejunium Christus tentatur. Unde Chrysothomus dicit super Matthæum (hom. xi. 13. parum à princ.) *Ut discas quam magnum bonum est jejunium, & quale scutum est adversus diabolum, & quoniam post baptismum non lascivias, sed jejunio intendere oportet; ideo Christus jejunavit, non jejunio indigens, sed non inustus*. Tertio quia post jejunium secuta est esuries, quæ dedit diabolo audaciam cum aggrediendi, sicut dictum est (art. 1. huj. quæst.) *Cum autem esuriret Dominus, ut Hilarius dicit super Matth. (cap. 11. parum à princ.) non fuit ex surreptione indie: sed natura sue hominem dereliquit: non enim erat à Deo diabolus, sed à carne vincendus*. Unde etiam, ut Chrysothomus dicit (ut sup.) *non ultra processit in jejunando quam Moyses, & Elias, ne incredibile videretur carnis assumptio*.

Ad primum ergo dicendum, quod Christum non decebat conversatio austerioris vite, ut se communem exhiberet illis quibus prædicavit. Nullus autem debet assumere predicationis officium, nisi prius fuerit purgatus, & in virtute perfectus; sicut & de Christo dicitur Actuum 1. 11. *quod cepit Jesus facere, & docere*. Et ideo Christus statim post baptismum austeritatem vite assumpsit, ut doceret, post carnem edomitam opterare alios ad prædicationis officium transire, secundum illud Apostoli I. Corinth. ix. 27. *Castigo corpus meum, & in servitum redigo, ne forte cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar*.

Ad secundum dicendum, quod verbum illud Marci potest sic intelligi, quod erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus scilicet jejunavit. Quod autem dicitur, *Et tentabatur à Satana*, &c. intelligendum est non in illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus quibus jejunavit, sed post illos, eo quod Matthæus dicit quod cum jejunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriret: ex quo suspensus sit tentator occasione accedendi ad ipsum. Unde & quod subjicitur, *Et Angeli ministrabant ei*, consecutive intelligendum esse ostenditur ex hoc quod Matthæus 14. 11. dicitur: *Tunc reliquit eum diabolus, scilicet post tentationem: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei*. Quod vero interponit Marcus, (cap. 1. 13.) *Eratque cum bestis, inducitur, secundum Chrysothomum (hom. xii. 11. in Matth. paulo à princ.) ad ostendendum, quales erant desertum, quia scilicet erat invium hominibus, & bestis plenum*.

ARTICULUS IV. 225
 Utrum Christus in hac vita secundum legem conversatus fuerit.

Sup. quæst. xxxviii per totam & infra quæst. xlvii. art. 2. ad 1. & III. dist. xiv. art. 3. quæst. 6. ad 3. & IV. dist. 11. quæst. 11. art. 2. quæst. 3. & opuscul. x. cap. x111.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit conversatus secundum legem. Lex enim præcipiebat ut nihil operis in sabbato fieret, sicut Deus die septimo requievit ab omni opere quod paravit (Gen. 2. 2.). Sed ipse in sabbato curavit hominem, & ceteri mandavit ut tollerent lectum suum. Ergo videtur quod non fuerit secundum legem conversatus.

2. Præterea. Eadem Christus fecit, & docuit, secundum illud Act. 1. 1. *Capit. Jesus factus esse, & docere.* Sed ipse Matth. xv. 12. docuit quod (a) omne quod intrat in os non inquinat hominem; & quod est contra præceptum legis, quæ per eum, & contactum quorundam animalium dicebat hominem immundum fieri, ut patet Levit. 11. Ergo videtur quod ipse non fuerit secundum legem conversatus.

3. Præterea. Idem iudicium videtur esse facientis, & consentientis, secundum illud Rom. 12. 2. *Non solum illi qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus.* Sed Christus consentit discipulis suis solventibus legem in hoc quod sabbato spicas vellebant, excusando eos, ut habetur Matth. 12. Ergo videtur quod Christus non conversatus fuerit secundum legem.

Sed contra est quod dicitur Matth. v. 17. *Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas: quod exponens Chryostomus (hom. xvi. in Matth. aliquant. à princ.) dicit: legem implevit, primo quidem nihil transgrediendo legalium, secundo iustificando, per fidem, quod lex per litteram facere non valebat.*

Respondedo dicendum, quod Christus in omnibus secundum legem conversatus est. In cuius signum etiam voluit circumcidi: circumcisio enim est quadam protestatio legis implendæ, secundum illud Galat. v. 3. *Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legi faciendæ.* Voluit autem Christus secundum legem conversari: primo quidem ut legem veterem approbare; secun-

do ut eam observando, in seipso consummaret, & terminaret, ostendens quod ad seipsum erat ordinata: tertio ut iudeis occasione calumniandi subtraheret; quarto ut homines ad servitute legis liberaret, secundum illud Galat. xv. 4. *Miser Deus Filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret.*

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus super hoc se excusat à transgressione legis tripliciter. Uno quidem modo quia per præceptum de sanctificatione sabbati non interdicitur opus divinum, sed opus humanum. Quamvis enim Deus die septimo cessaverit à hoiia creaturis condendis, semper tamen operatur in rerum conservatione, & gubernatione. Quod autem Christus miracula faciebat erat operis divini. Unde ipse dicit Joan. 17. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor.* Secundo excusat se per hoc quod illo præcepto non prohibentur opera quæ sunt de necessitate salutis, etiam corporalis. Unde ipse dicit Lucæ x. 13. *Unusquisque vestrorum sabbato non solvit bovem suum, aut asinum à præsepio, & ducit ad aquam.* Et infra cap. xiv. 5. *Cujus vestram asinus, aut bos in puteum ceciderit, & non continuo extrahet illum die sabbati?* Manifestum est autem quod opera miraculorum, quæ Christus faciebat, ad salutem corporis, & animæ pertinebant. Tertio quia illo præcepto non prohibentur opera quæ pertinent ad Dei cultum. Unde dicitur Matth. 23. 18. *An non legisit in lege, quia sabbati iacobiter in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt?* & Joan. vii. 23. dicitur, quod circumcissionem accipit homo in sabbato. Quod autem Christus paralytico mandavit ut lectum suum sabbato portaret, ad cultum Dei pertinebat, id est ad laudem virtutis divine. Et sic patet quod sabbatum non solvebat; quamvis hoc ei iudæi falso obijcerent, dicentes Joan. ix. 16. *Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.*

Ad secundum dicendum, quod Christus voluit ostendere per illa verba, quod homo non redditur immundus secundum animam ex usu ciborum quorumcumque secundum suam naturam, sed solum secundum quandam significationem. (b) Quod autem in lege quidam cibi dicerentur immundi, hoc est per quandam significationem. Unde Augustinus dicit contra Faustum (Lib. VI. cap. vii. à princ.) Si (c) de porco, & agno requiratur, utrumque natura mundum est, quia omnis creatura Dei bona est; quadam vero significatione agnus mundus, porcus immundus est.

(a) Vulgata: Non quod intrat in os, inquinat hominem. (b) Quæ sequuntur usque ad verbum significationem, se Theologi addidisse dicunt; at ipsissima verba sunt in mss. Alcan. & edit. Rom. (c) Ita restitimus cum cod. Alcan. & Augustini textu. Al. Si de porco & agno requiratur, utrum natura mundus est, dicimus, quod omnis creatura Dei, &c.

Ad tertium dicendum, quod etiam discipuli, quando esurientes spicas sabbato vellebant, & transgressione legis excusantur propter necessitatem famis; sicut & David non fuit transgressor legis, quando propter famis necessitatem comedit sanctos panes, quos ei edere non licebat.

QUÆSTIO XLI. 226
 De tentatione Christi.

in quatuor articulos divisa.

DEinde considerandum est de tentatione Christi: & circa hoc quaruntur quatuor.

Primo, utrum fuerit conveniens Christum tentari.

Secundo, de loco tentationis.

Tertio, de tempore.

Quarto, de modo, & ordine tentationis.

ARTICULUS I. 226
 Utrum conveniens fuerit Christum tentari.

Opuscul. I. cap. xi. in princ.

AD primum sic proceditur. Videtur quod Christum tentari non conveniebat. Tentare enim est experimentum sumere: quod quidem non fit nisi de re ignota. Sed virtus Christi erat nota etiam demonibus: dicitur enim Luc. iv. 14. *quod non fiebat demonibus iniquis, quia sciebant eum esse Christum.* Ergo videtur quod non debuerit Christum tentari.

2. Præterea. Christus ad hoc venerat ut opera diaboli dissolveret, secundum illud I. Joan. 1. 8. *In hoc apparuit Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli.* Sed non est eisdem dissolvere opera alicujus, & ea pati: & ita videtur inconveniens fuisse quod Christus pateretur se tentari à diabolo.

3. Præterea. Triplex est tentatio, scilicet à carne, à mundo, & à diabolo. Sed Christus non fuit tentatus nec à carne, nec à mundo. Ergo nec etiam debuit tentari à diabolo.

Sed contra est quod dicitur Matth. iv. 1. *Ductus est Jesus in desertum, ut tentaretur à diabolo.*

Respondedo dicendum, quod Christus tentari voluit. Primo quidem ut nobis contra tentationes auxilium ferret: unde Gregorius dicit in hom. (xvi. in Evang. à princ.) *Non erat indignum Redemptori nostro quod tentari voluit, qui venerat occidi: justus quippe erat ut sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sic-*

ut mortem nostram generat sua morte superaret. Secundo propter nostram cautelam, ut nullus quantumcumque sanctus, se vitimet securum, & immunem à tentatione. Unde & post baptismum tentari voluit: quia, sicut Hilarius dicit super Marth. (can. 111. à princ.) *in sanctificationis nobis maxime diaboli tentatione grassantur: quia victoria magis est ei exoptata de sanctis.* Unde & Eccl. 11. 1. dicitur *Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Tertio propter exemplum, ut scilicet nos instrueret, qualiter diaboli tentationes vincamus: unde Augustinus dicit in IV. de Trinit. (cap. x111. aliquant. à princ.) quod *Christus diabolo se tentandum præbuit, ut ad superandas tentationes ejus mediator esset, non solum per adiutorium, verum etiam per exemplum.* Quarto ut nobis fiduciam de sua misericordia largiretur: unde dicitur Hebr. iv. 15. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem per omnia, pro similitudine absque peccato.*

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in IX. de civitate Dei (cap. xxi. à princ.) *Christus tantum innatusque demonibus, quantum ovium, non per id quod est vita eterna, sed per quædam temporalia sua virtutis effecta, ex quibus quandam securitatem habebant, Christum esse Filium Dei.* Sed quia rursus in eo quadam signa humanæ infirmitatis videbant, non pro certo cognoscebant eum esse Filium Dei: & ideo eum tentare voluerunt. Et hoc significat Matth. iv. ubi dicitur, quod postquam esurivis, accessit tentator ad eum: quia, ut Hilarius dicit (loc. sup. cit.), tentare Christum diabolus non fuisse ausus, nisi in eo, per elutionis infirmitatem, quæ sunt hominibus recognosceret. Et hoc etiam patet ex ipso modo tentandi, cum dixit: *Si Filius Dei es: quod exponens Ambrosius dicit (Lucæ iv.)* *Quid tibi vult talis sermo, nisi exorsus, nisi quia cognoverat Dei Filium esse venturum, sed venisse per hanc infirmitatem corporis non putabat.*

Ad secundum dicendum, quod Christus venerat dissolvere opera diaboli, non potestative agendo, sed magis ab eo, & ejus membris patiendo; ut sic diabolus vinceret justitia, non potestate; sicut Augustinus dicit XIII. de Trin. (cap. x111. in princ.) quod *diabolus non potentia Dei, sed justitia superandus fuit.* Et ideo circa tentationem Christi considerandum est, quid propria voluntate fecit, & quid à diabolo passus fuit. Quod enim tentatori se offerret, fuit propria voluntas: unde dicitur Matth. iv. *Ductus est Jesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo: quod Gregorius (hom. xvi. in Evang. à princ.) in-*

ut Christus non ageret solitariam vitam, sed cum omnibus converteretur. Qui autem cum aliquibus converteretur, convenientissimum est ut se eis in conversatione conformet, secundum illud Apostoli I. ad Cor. ix. 22. *Omnibus omnia factus sum.* Et ideo convenientissimum fuit ut Christus in cibo; & potu communiter se, sicut alii, haberet. Unde Augustinus dicit contra Faustum (Lib. XVI. epist. xxxi. ante med.) quod *Joannes dilas est non manducans; neque bibens, quia illo victu quo Judæi utebantur, non utebatur.* Hoc ergo nisi Dominus uteretur, non in ejus comparatione manducans, bibensque diceretur.

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus in sua conversatione exemplum perfectionis dedit in omnibus que per se pertinent ad salutem. Ipsa autem abstinentia cibi, & potus non per se pertinet ad salutem, secundum illud Rom. xiv. 17. *Non est regnum Dei esca, & potus; & Augustinus dicit in Lib. II. de quæst. Evang. (quæst. xi.)* exponens illud Matth. xii. *Justificata est sapientia à filiis suis: quia scilicet, sancti Apostoli intellexerunt regnum Dei non esse in esca; & potu, sed in equanimitate tolerandi, quos nec copia sublebat, nec deprimi egestas.* Et in III. de doct. christ. (cap. xii. parum à princ.) dicit, quod, in omnibus talibus, non usus rerum, sed libido utens in culis, pa. est. "Utraque autem vita est licita, & laudabilis, ut scilicet aliquis à communi consortio hominum segregatus abstinentiam servet, & ut in societate aliorum positus communi vita utatur. Et ideo Dominus voluit utriusque vitæ exemplum dare hominibus. Joannes autem, sicut Chrysostomus dicit super Matth. (hom. xxxviii. circ. med.) *nil plus ostendit preter vitam, & justitiam; Christus autem & à miraculis testimonium habebat.* Dimittens ergo Joannem jejuniis fulgere, ipse contraria incesit via, ad mensam intrans publicanorum, & manducans, & bibens.

Ad secundum dicendum, quod sicut alii homines per abstinentiam consequuntur virtutem continendi; ita etiam Christus in se, & in suis discipulis per virtutem suæ divinitatis carnem comprimebat. Unde sicut Matth. ix. dicitur, Pharisei; & discipuli Joannis jejunabant, non autem discipuli Christi. Quod exponens Beda (cap. xii. in Marc. & Ambrosii sup. illud Luc. xi. *Ne timeat Maria;*) dicit, quod *Joannes vinum, & siccum non bibit; quia illi abstinentia meritum auget cui potentia nulla inerat natura.* Dominus autem, cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret quo; abstinentibus poterat reddere purioris?

Ad tertium dicendum, quod sicut Chrysostomus dicit super Matth. (hom. xlii. aliquant. à princ.) *ut discas quam magnum be-*

num est jejunium, & quale scutum est adversus diabolum, & quoniam post baptismum non lascivire, sed jejunio intendere oportet, & ipse jejunavit, non eo indigens, sed nos instruens; non autem ultra processit jejunando, quam Moses, & Elias, ne incredibilis videretur carnis assumptio. Secundum mysterium autem, ut Gregorius dicit, (hom. xvii. in Evang. à med.) quadragenarius numerus exemplo Christi in jejunio confiditur, quia virtus Decalogi per quatuor libros S. Evangelii impletur: denarius enim quater ductus in quadragenarium surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus, per cuius voluuptates preceptis Dominici contrainimus, quæ per Decalogum sunt accepta.

Vel secundum Augustinum in Lib. LXXXIII. Qq. (quæst. lxxxii. in princ.) *omnis sapientis disciplina est, Creatorem, creaturamque cognoscere. Creator est Trinitas; Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Creatura vero partim est invisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus attribuitur: diligere enim Deum tripliciter jubemur, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: partim visibilis, sicut corpus cui quaternarius debetur, propter calidum, frigidum, humidum, & siccum. Denarius ergo numerus, qui totam insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero, qui corpori tribuitur, multiplicatus, quadragenarium conficit numerum. Et ideo tempus quo ingemiscimus, & dolemus quadragenario numero celebratur. Nec tamen incongruum fuit ut Christus post jejunium, & desertum ad communem vitam rediret. Hoc enim convenit vitæ, secundum quam aliquis contemplata alii tradit, quam Christus dicitur assumpsisse, ut primo contemplationi vacet, & postea ad publicum actionis descendat alii convivendo. Unde & Beda (& Ambrosius locis sup. citat.) dicit sup. Marci ii. *Jejunavit Christus, ne præceptum declinaret; manducavit cum peccatoribus, ut gratiam certum agnosceret potestatem.**

ARTICULUS III.

214

Utrum Christus in hoc mundo debuerit pauperem vitam ducere.

IV. cont. cap. lv. & op. xviii. cap. xv. & opusc. xx. cap. xv.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod Christus in hoc mundo non debuerit pauperem vitam ducere. Christus enim debuit eligibilissimam vitam assumere. Sed eligibilissima vita est, quæ est mediocritas inter divitias, & pauperem: dicitur enim Proverb. xxx. 8. *Mendacitatem, & divitias ne desideris tibi: tribue tantum victum meo necessaria.* Ergo Christus non debuit pauperem vitam ducere sed moderatam.

a. Præ-

2. Præterea. Exteriores divitiæ ad usum corporis ordinantur quantum ad victum, & vestitum. Sed Christus in victu, & vestitu communem vitam duxit, secundum modum aliorum quibus convivebat. Ergo videtur, quod in divitiis, & paupertate communem modum vivendi servare debuerit, & non qui maximali paupertate. *Et supra in principio h. a.*

3. Præterea. Christus maxime homines invitavit ad exemplum humilitatis, secundum illud Matth. xii. 29. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Sed humilitas maxime commendatur in divitiis: unde dicitur I. ad Timotheum ii. 17. *Divitiarum hujus seculi præcipue; non autem superbie.* Ergo videtur quod Christus non debuerit ducere pauperem vitam. *Et supra in principio h. a.*

Sed contra est quod dicitur Matth. vii. 26. *Filius hominis non habet tibi caput reclinet, quasi dicat, secundum Hieronymum: (in illud Matth. vii. 26. *Accedens unus scriba...*) Cur me propter divitias, & seculi lucra cupis sequi, cum tantæ sim paupertatis, ut ne hospitium quidem habeam, & te, ut utar non meo? " Et super illud Matth. xvi. 11. *Et non scandalizaveris, vade ad mare, dicit Hieronymus: " Hoc simpliciter intellectum adificat auditorem; dum autem dicit tantæ Dominum fuisse paupertatis, ut unde tributa pro se, & Apollito redderet, non haberet. Et supra in principio h. a.**

Respondeo dicendum, quod Christum dedit in hoc mundo pauperem vitam ducere. Primo quidem quia hoc erat congruum prædicationis officio, propter quod venisse se dicit Marci i. 38. *Eamus in proximos vicus, & civitates, ut & ibi prædicem: ad hoc enim veni.* Oportet autem prædicatores verbis Dei, ut omnino vacent prædicationi, omnino à secularium rerum cura esse absolutos, quod facere non possunt qui divitias possident. Unde & ipse Dominus Apostolos ad prædicandum mitens, dicit eis Matth. x. 9. *Nolite possidere aurum, neque argentum; & ipsi Apostoli dicunt Act. vi. *Non est equum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis.* Secundo quia fecit mortem corporalem assumpsit, ut nobis vitam largiretur spiritualem; ita corporalem pauperem sustinuit, ut nobis divitias spirituales largiretur, secundum illud II. ad Corinthi. vii. 9. *Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, ut illius inopia divites essetis.* Tertio ne si divitias haberet, cupiditati ejus prædicatio adscriberetur. Unde Hieronymus dicit super Matth. (in illud cap. x. *Nolite possidere aurum*) quod si discipuli ejus divitias habuissent, viderentur non causa salutis hominum, sed causa lucri prædicare: & eadem ratio est de Christo. Quarto ut tanto major virtus Di-*

vitatis ejus ostenderetur; quanto per pauperem videbatur abjectus. Unde dicitur in quodam sermone Ephefina Concilii (à med. & hab. in eo Concil. part. i. cap. 18.) *Omnia paupera, & vilia elegit, omnia mendocia, & puritatis obsequia, ne Dignitas cognosceretur orbem transformasse terrarum, propter re. pauperem elegit matrem pauperem patriam, egenus fuit peccator, & hoc tibi exponit presep.*

Ad primum ergo dicendum, quod superabundantia divitiarum, & mendicitas vitanda videntur ab his qui volunt vivere secundum virtutem, inquantum sunt occasiones peccandi. Abundantia namque divitiarum est superbiendi occasio, mendicitas autem est occasio furandi, & mendicandi, ut etiam perjurandi. Quia vero Christus peccati capax non erat, propter hanc causam, ex qua Salomon hoc vitabat, Christo vitanda non erant. Neque tamen qualibet mendicitas est furandi occasio, ut ibidem Salomon subdere videtur, sed sola illa que est contraria voluntati, ad quam vitandum homo furatur, perjurat. Sed paupertas voluntaria hoc periculum non habet, & talem pauperem Christus elegit.

Ad secundum dicendum, quod contumeliæ vita uti quantum ad victum, & vestitum, potest aliquis non solum divitias possidendo, sed etiam à mulieribus, & divitiis necessarii accipiendo: quod etiam circa Christum factum est: dicitur enim Luca. vi. 17. *Et quod mulieres quædam sequebantur Christum, que ministrabant ei de facultatibus suis.* Ut enim Hieronymus dicit super Matth. (super illud cap. xxv. 11. *Erant ibi mulieres,*) *confessus videtur Judaice fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquæ, ut mulieres de substantia sua victum, atque vestitum præceptoribus suis ministrarent. Sed quia hoc scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abijisse commemorat.* Sic ergo communis victus poterat esse sine sollicitudine impediende prædicationis officium, non autem divitiarum possessio.

Ad tertium dicendum, quod in eo qui ex necessitate pauper est, humilitas non multum commendatur; sed in eo qui voluntarie pauper est (sicut fuit Christus) ipsa paupertas est maxima humilitatis indicium. *Et supra in principio h. a.*

Et 2

AR.

Tamen secundum expositionem Bedæ (cap. v. in Marci.) Dominus tentabatur quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Sed hoc intelligendum est non de illis tentationibus visibilibus, quas narrat Mattheus, & Lucas, quæ manifestæ factæ sunt post jejunium, sed de quibusdam aliis impugnationibus, quas forte illo jejunii tempore Christus est à diabolo passus.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Ambrosius dicit super Lucam (cap. xv. sup. illud, Et consummata omni, &c.) recessit diabolus à Christo usque ad tempus, quia postea non remansit, sed aperte pugnaturus advenit, tempore scilicet passionis; & tamen per illam impugnationem videbatur Christum tentare de tristitia, & odio proximorum, sicut in deserto de delectatione gulæ, & contemptu Dei per idololatriam.

ARTICULUS IV.

Utrum fuerit conveniens ordo, & modus tentationis Christi.

Op. IX. cap. xi. circa med.

Ad quarum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens tentationis modus, & ordo. Tentatio enim diaboli ad peccandum inducit. Sed si Christus subvenisset corporali fami convertendo lapides in panem, non peccasset; sicut non peccavit cum panes multiplicavit, quod non fuit minus miraculum; ut turbæ esurienti subveniret. Ergo videtur quod nulla fuerit illa tentatio.

2. Præterea. Nullus persuasor convenienter suadet contrarium ejus quod intendit. Sed diabolus statuens Christum supra pinnaculum templi, intendebat eum de superbia, seu vana gloria tentare. Ergo inconvenienter persuadet ei ut se imitar deorsum, quod est contrarium superbiæ, vel vanae gloriæ, quæ semper querit ascendere.

3. Præterea. Una tentatio conveniens est ut sit de uno peccato. Sed in tentatione quæ fuit in monte, duo peccata persuasit, scilicet cupiditatem, & idololatriam. Non ergo conveniens videtur fuisse tentationis modus.

4. Præterea. Tentationes ad peccata ordinantur. Sed septem sunt vitia capitalia, ut in secunda parte habitum est (1. 2. quest. lxxxiv. art. 4.) non autem tentavit nisi de tribus, scilicet gula, vana gloria, & cupiditate. Non ergo videtur sufficiens tentationis modus fuisse.

5. Præterea. Post victoriam omnium victorum remanet homini tentatio superbiæ, vel vanae gloriæ: quia superbia etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant, sicut dicit Augusti-

nus (epist. cxxi. al. cix. ante med.) Inconvenienter ergo Mattheus ultimam ponit tentationem cupiditatis in monte, mediam autem inanis gloriæ in templo; præsertim cum Lucas ordinet e converso.

6. Præterea. Hieronymus dicit super Matth. (sup. illud cap. xv. Non in solo pane) quod propositum Christi fuit diabolum humilitate vincere, non potestate. Ergo non imperiose, & oburgando cum repellere debuit, dicens: Vade retro Satana.

7. Præterea. Narratio Evangelii videtur fallum continere: non enim videtur possibile quod Christus supra pinnaculum templi statui poterit, quin ab aliis videretur; neque aliquis mons tam altus invenitur, ut inde totus mundus inspicere possit, ut sic eo poterint Christo omnia regna mundi ostendi. Inconvenienter ergo videtur descripta Christi tentatio.

Sed contra est Scripturæ sacre auctoritas (Matth. iv. & Luc. iv.)

Respondeo dicendum, quod tentatio quæ est ab hoste, fit per modum suggestionis, ut Gregorius dicit (hom. xvi in Evang. paulo à princ.) Non autem eodem modo potest aliquid omnibus suggeri; sed unicuique suggeritur aliquid ex his circa quæ est affectus. Et ideo diabolus hominem spirituales non statim tentat de gravibus peccatis, sed paulatim à levioribus incipit, ut postmodum ad graviora perducatur. Unde Gregorius XXXI. Moral. (cap. xvii. vers. fin.) exponens illud Job xxxix. Procul odoratur bellum, exhortationem ducem, & ululatum exercitus, dicitur, Bene duces exhortari dicuntur, exercitus, ululare: quia prima vitia deceperunt mentis quasi, sub quadam ratione se inserunt; sed innumeræ quæ sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestialiter clamore confundunt.

Et hoc idem diabolus observavit in tentatione primi hominis. Nam primo sollicitavit mentem primi hominis de ligni verbi esu, dicens Genes. iii. 1. Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradysi? Secundo de inani gloria, cum dixit: Aperientur oculi vestri. Tertio perduxit tentationem ad extremam superbiam, cum dixit: Erigis sicut Dei, scientes novum, & malum.

Et hunc etiam tentandi ordinem servavit in Christo. Nam primo tentavit ipsum de eo quod appetunt quantumcumque spirituales viri, scilicet de sustentatione corporalis nature per cibum. Secundo processit ad id in quo spirituales viri quandoque deficiunt, ut scilicet aliqua ad ostentationem operentur, quod pertinet ad inanis gloriam. Tertio perduxit tentationem ad id quod jam non est spirituum virorum, sed

fed carnalium, scilicet ut divitias, & gloriam mundi concupiscant usque ad contemptum Dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit: Si Filius Dei es, non autem in tertia, quæ non potest convenire spiritualibus viris, qui sunt per adoptionem Filii Dei, sicut duæ primæ.

Hæ autem tentationibus Christus resistit testimonii legis, non potestate virtutis, ut hoc ipse, & plus hominem honoraret, & adversariorum plus puniret, cum hostis generis humani non quæst à Deo, sed quasi ab homine vinceretur, sicut Leo Papa (serm. i. de Quadrage. cap. lxxi.)

Ad primum ergo dicendum quod uti necessarius ad sustentationem non est peccatum gula; sed quod ex desiderio hujus sustentationis homo aliqui inordinatum faciat, ad vitium gulae pertinere potest. Est autem inordinatum quod aliquis, ubi potest recursum haberi ad humana subsidia, pro solo corpore sustentando, miraculose sibi cibum querere velit. Unde & Dominus filius Israël miraculose manna præbuit in deserto, ubi aliunde cibus haberi non poterat: & similiter Christus in deserto turbas pavit miraculose, ubi aliter cibi haberi non poterant. Sed Christus ad subveniendum fami poterat aliter sibi providere, quam miracula faciendo, sicut & Joannes Baptista fecit, ut legitur Matth. iii. vel etiam ad loca proxima properando: & ideo reputabat diabolus quod Christus peccaret, si ad subveniendum fami miracula facere attentaret, si esset purus homo.

Ad secundum dicendum, quod per humilationem exteriorem frequenter querit aliquis gloriam, quæ exalcat circa spiritualia bona. Unde Augustinus dicit in lib. II. de Sermone Domini in monte (cap. xix. parum à princ.) Animadvertendum est, non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsi sordibus tectibus esse posse iactantiam. Et ad hoc significandum diabolus Christo suavit ut ad querendum gloriam spirituales corporaliter mitteret se deorsum.

Ad tertium dicendum, quod divitias, & honores mundi appetere peccatum est, quando hujusmodi inordinate appetuntur. Hoc autem præcipue manifestatur ex hoc quod pro hujusmodi adipiscendis homo aliqui inhonestum facit. Et ideo non fuit contentus diabolus persuadere cupiditatem divitiarum, & honorum; sed induxit ad hoc, quod propter hujusmodi adipiscenda Christus eum adoraret; quod est maximum scelus. Et contra Deum. Nec solum dixit: Si adoraveris me, sed addidit: Si eadone: quia, ut dicit Ambrosius (sup. illud Luc. xvi. Dixit illi in montem, &c.) habet ambitio dominicam periculum: ut enim dominetur alii, prius servit, & servatur despectio; ut bene dicitur: & dum vult esse subditor, fit

remissor. Et similiter etiam in præcedentibus tentationibus ex appetitu unius peccati in aliud peccatum inducere est conatus; sicut ex desiderio cibi conatus est inducere in vanitatem sine causa miracula faciendi; & ex cupiditate gloriæ conatus est inducere ad tentandum Deum per præceptum.

Ad quartum dicendum, quod sicut dicit Ambrosius super Luc. (cap. xv. in illud, Et consummata omni, &c.) non dissilet Scriptura, quod consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, nisi in tribus præmissis, esset omnium materia delictorum: quia causa tentationum causa sunt cupiditatum, scilicet carnis oblectatio, spes gloriæ, & aviditas potentia.

Ad quintum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in lib. II. de consensu Evangelii (cap. xvii.) Invenitur quod prius factum sit, utrum regna terra prius demonstrata sint ei, & postea in pinnaculum templi locutus sit, an hoc prius, & illud postea; nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. Videtur autem Evangelicæ divertum ordinem tenuisse: quia quandoque ex inani gloria venit ad cupiditatem, quandoque e converso.

Ad sextum dicendum, quod Christus, cum passus fuisset tentationis injuriam, dicens sibi diabolo: Si Filius Dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec diabolum increpavit. Quando vero diabolus Dei sibi usurpavit honorem, dicens: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me, exasperatus est, & repulsi eum dicens: Vade Satana, ut non illius dicitur exemplo, nostras quidem injurias aquanimitate sustinere. Dei autem injurias nec usque ad auditum sustinere.

Ad septimum dicendum, quod, sicut Chrysostomus dicit (alius Auctor hom. v. in op. imperf. circ. med.) Diabolus sic Christum assumebat in pinnaculum templi, ut ab omnibus videretur; ipse autem, nesciens diabolo, sic agebat ut à nemine videretur. Quod autem dicit: Et ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, non est intelligendum, quod videret ipsa regna, vel civitates eorum, vel populos, vel aurum, vel argentum; sed partes terræ; in quibus unumquodque regnum, & vitæ potentia est diabolus Christo digito demonstrabat, & uniuscujusque regni honores, & statum verbi exponere. Vel secundum Origenem (hom. lxxx. in Luc. ante med.) ostendit ei quomodo ipse per diversa vitia regnabat in mundo.

QUÆSTIO XLII.

De doctrina Christi,

in quatuor articulis divisâ.

Deinde considerandum est de doctrina Christi: & circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, utrum Christus debuerit predicare solum Judæis, an etiam Gentilibus.

Secundo, utrum in sua predicatione debuerit turbationem Judæorum vitare.

Tertio, utrum debuerit predicare publice, vel occulte.

Quarto, utrum debuerit docere solum verbo, vel etiam scripto.

De tempore autem quo docere incæpit, supra dictum est (quæst. xxxix. art. 3.) cum de baptismo ejus ageretur.

ARTICULUS I. 230

Utrum conveniens fuerit Christum Judæis, & non Gentilibus predicare.

III. dist. 111. in expost. lit. circa med.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Christus non solum Judæis, sed etiam Gentilibus debuerit predicare. Dicitur enim Isai. xlix. 6. Parum est ut sit mihi servus ad suscitandas tribus Israel, & fecerit Jacob convertendas: dedi te in lucem gentium, ut sit salus mea usque ad extremum terre. Sed lumen, & salutem Christus præbuit per suam doctrinam. Ergo videtur parum fuisse, si solum Judæis, & non Gentilibus prædicavit.

2. Præterea. Sicut dicitur Matth. vii. 29. Erat docens eos, sicut potestatem habens. Sed major potestas doctrinæ ostenditur in instructione illorum qui penitus nihil audierant, quales erant Gentiles: unde Apostolus dicit Rom. xv. 20. Sic prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum edificarem. Ergo multo magis Christus prædicare debuit Gentilibus quam Judæis.

3. Præterea. Utrius est instructio multorum quam unius. Sed Christus aliquos Gentilium instruxit, sicut mulierem Samaritanam Joann. iv. & Chananzam Matth. xv. Ergo videtur quod multo fortius Christus debuerit multitudini gentium prædicare.

Sed contra est quod Dominus dicit Matth. xv. 24. Non sum missus nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel. Sed Rom. x. 15. dicitur Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Ergo Christus non debuit predicare nisi Judæis.

Respondeo dicendum, quod conveniens fuit predicationem Christi tam per ipsum

per Apostolos à principio solis Judæis exhiberi. Primo quidem ut ostenderet per suum adventum impleri promissiones antiquitus factas Judæis, non autem Gentilibus. Unde Apostolus dicit Rom. xv. 8. Dico Christum Jesum missum fuisse circumcissioni, id est Apostolum, & Prædicatorem Judæorum, propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Secundo ut ejus adventus ostenderetur esse à Deo. Quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt, ut dicitur Rom. x. 11. Hoc autem debitus ordo exigebat, ut Judæis, qui Deo erant propinquiores per fidem, & cultum unius Dei, prius doctrina Christi proponeretur, & per eos transmitteretur ad gentes; sicut etiam in celesti hierarchia per superiores Angelos ad inferiores divinæ illuminationes deveniunt. Unde super illud Matth. xv. Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel, dicit Hieronymus: Non hoc dicit, quin & ad gentes missus sit, sed quod primum ad Israel missus est. Unde Isai. ult. 19. dicitur: Mittam ex eis, qui salvati fuerint, scilicet ex Judæis, ad gentes: & annuntiabunt gloriam meam gentibus. Tertio ut Judæis auferret calumniam matrem: unde super illud Matth. x. In viam gentium ne abieritis, dicit Hieronymus: Oportebat primum adventum Christi nuntiari Judæis, ne justam haberent excusationem, dicentes, ideo se Dominum rejecisse, quia non ad gentes, & Samaritanos Apostolos missus est. Quarto quia Christus per crucis victimam meruit potestatem, & dominium super gentes: unde dicitur Apocal. 11. 26. Qui viderit, dabo illi potestatem super gentes, sicut & ego accepi à Patre meo: & Philip. 11. 8. dicitur, quod quia factus est obediens usque ad mortem Crucis, Deus exaltavit illum, ut in nomine Jesu omne genua flectatur, & omnis lingua ei confiteatur. Et ideo ante passionem suam noluit gentibus prædicari suam doctrinam; sed post passionem dixit discipulis Matth. ult. 19. Euntes, docete omnes gentes. Propter quod, ut legitur Joann. x. 11. 24. cum imminente passione, quidam Gentiles, vellent Jesum videre, respondit: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum afferit: & sicut Augustinus dicit ibidem (tract. 11. in Joann. circa med.), se dicebat granum mortificandum, in infidelitate Judæorum, & multiplicandum, in fide omnium populorum.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus fuit in lumen, & salutem gentium per discipulos suos, quos ad prædicandum gentibus misit. Ad secundum dicendum, quod non est minoris potestatis, sed majoris facere aliquid per alios, quam per seipsum. Et ideo, in hoc maxime potestas divina in Christo monstrata est quod discipulis suis tantam virtutem contulit in docendo, ut gentes, quæ nihil de Christo audierant, converterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docendo attenditur & quantum ad miracula, per quæ doctrinam suam confirmabat, & quantum ad efficaciam persuadendi, & quantum ad auctoritatem loquentis, quia loquebatur quasi dominum habens super legem, cum diceret: Ego autem dico vobis, & etiam quantum ad virtutem rectitudinis, quam in sua conversatione monstrabat, sine peccato vivendo.

ARTICULUS II. 231

Utrum Christus debuerit Judæis sine eorum offensione predicare.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod quod Christus debuerit Judæis sine eorum offensione predicare. Quia, ut Augustinus dicit in lib. de agone christiano (cap. xi. in fin.) in nomine Jesu Christi se nobis ad exemplum vite præbuit Filius Dei. Sed nos debemus vitare offensionem non solum fidelium, sed etiam infidelium, secundum illud I. ad Cor. x. 32. Sine offensione estote Judæis, & Gentilibus, & Ecclesie Dei. Ergo videtur quod etiam Christus in sua doctrina offensionem Judæorum vitare debuerit.

2. Præterea. Nullus sapiens debet facere, unde effectum sui operis impediatur. Sed per hoc quod sua doctrina Christus Judæos turbavit, impediatur effectus ejus doctrinæ: dicitur enim Luc. x. 33. quod cum Dominus Phariseos, & Scribas reprehenderet, exasperant graviter insisteret, & os ejus opprimeret de multis, insidiantes ei, & querentes aliquid capere ex ore ejus, ut accusarent eum. Non ergo videtur conveniens fuisse quod eos in sua doctrina offenderet.

3. Præterea. Apostolus dicit I. Timot. v. 1. Seniores ne increpaveris, sed obsecra ut patrem. Sed Sacerdotes, & Principes Judæorum erant illius populi seniores. Ergo videtur quod non fierent duris inreceptionibus arguendi.

Sed contra est quod Isai. vii. 14. fuerat prophetizatum, quod Christus esset in lapidem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel.

Respondeo dicendum, quod, salus multitudinis est præferenda paci quorumcumque

S. Thom. Op. Tom. V.

(a) Vulgata Pharisæi.

singularium hominum. Et ideo quando aliqui de Christo audierant, converterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docendo attenditur & quantum ad miracula, per quæ doctrinam suam confirmabat, & quantum ad efficaciam persuadendi, & quantum ad auctoritatem loquentis, quia loquebatur quasi dominum habens super legem, cum diceret: Ego autem dico vobis, & etiam quantum ad virtutem rectitudinis, quam in sua conversatione monstrabat, sine peccato vivendo.

Ad tertium dicendum, quod sicut Christus non debuit à principio indifferenter Gentilibus suam doctrinam communicare, ut Judæis tamquam primogenito populo deditus observaretur; ita etiam non debuit Gentiles omnino repellere, ne spes salutis eis precluderetur. Et propter hoc aliqui Gentilium particulariter sunt admitti propter excellentiam fidei, & devotionis eorum.

Ad secundum dicendum, quod per hoc quod Christus publice scribas, & Phariseos arguebat, non impeditur, sed magis promovitur effectum suæ doctrinæ: quia cum eorum vita populo innovescebant, minus avertēbatur à Christo propter verba Scribarum, & Phariseorum, qui semper doctrinam Christi obfitebantur.

Ad tertium dicendum, quod illud verbum Apostoli est intelligendum de illis senioribus qui non solum ætate, vel auctoritate, sed etiam honestate sunt senes, secundum illud Numi. xi. 16. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu visis, quod senes populi sint. Si autem auctoritatem senectutis in instrumentum malitiæ vertant publice peccando, sunt manifeste; & accitri arguendi; sicut & Daniel dixit Dan. x. 11. 21. In veterate dierum malorum, &c.

ARTICULUS III. 232

Utrum Christus omnia publice docere debuerit.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Christus non omnia publice docere debuerit. Legitur enim sola seorsum discipulis dixisse, sicut patet in sermone Cœnæ: unde & Matth. x. 27. dixit: Quod in aure audistis in tribus, predicabitur in testibus. Non ergo omnia publice docuit.

Fi. 2.

Præ.

2. Præterea. Profunda sapientia non sunt nisi perfectis exponenda, secundum illud I. ad Corinth. 11. 6. *Sapientiam loquimur inter perfectos*. Sed doctrina Christi continebat profundissimam sapientiam. Non ergo erat imperfectæ multitudini communicanda.

3. Præterea. Idem est veritatem aliquam occultare silentio, & obscuritate verborum. Sed Christus veritatem, quam prædicabat, occultabat turbis obscuritate verborum; quia sine parabolis non quæbatur ad eos, ut dicitur Matth. 13. 11. Ergo pari ratione poterat occultare silentio.

Sed contra est quod ipse dicit Joan. xviii. 20. *In occulto locutus sum nihil*.

Respondeo dicendum, quod doctrina allicujus potest esse in occulto tripliciter. Uno modo quantum ad intentionem docentis, qui intendit suam doctrinam non manifestare multis, sed magis occultare. Quod quidem contingit dupliciter: Quandoque ex invidia docentis, qui vult per suam scientiam excellere: & ideo scientiam suam non vult aliis communicare: quod in Christo locum non habuit, ex ejus persona dicitur Sap. vii. 13. *Quam sine fictione didici, & sine invidia communi*, & honestatem illius non abscondo: quandoque vero hoc contingit propter inhonestatem eorum quæ docentur, sicut Augustinus dicit super Joann. (tract. xvi. circ. fin.) quod quidam sunt mala que portare non potest qualiscunque pudor humanus. Unde de doctrina hæreticorum dicitur Proverb. 18. 17. *Aqua furiosæ dulcior est*. Doctrina autem Christi non est neque de errore, neque de immunditia. Et ideo Dominus dicit Marci 16. 21. *Numquid venit lucerna, ut abscondatur? Alio modo aliqua doctrina est in occulto, quia paucis proponitur: & sic Christus etiam nihil docuit in occulto: quia Christus omnem doctrinam suam, vel turbæ toti proposuit, vel omnibus suis discipulis in communi. Unde Augustinus dicit super Joann. (tract. cxiii. in med.) *Quis in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur; præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos velit innovare multis? Tercio modo aliqua doctrina est in occulto quantum ad modum docendi: & sic Christus quædam turbis loquebatur in occulto, parabolis utens ad annuncianda spiritualia mysteria, ad quæ capiendâ non erant idonei, vel digni: & tamen melius erat eis, vel sic sub tegumento parabolârum spiritualium doctrinam audire quam omnino ea privari. Harum tamen parabolârum apertam, & nudam veritatem Dominus discipulis exponebat, per quos deveniret ad alios, qui essent idonei, secundum illud II. Timoth. 11. 2. *Quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus benivolis, qui idonei erunt & alios do-***

cent. Et hoc significatum est Num. 17. ubi mandatur, quod filii Aaron involverent vasa sanctuarii, quæ Levitæ involuta portarent.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut Hilarius dicit super Matth. (can. x. à med.) exponens illud verbum indudum, *non legitis Dominum solitum fuisse noctibus sermônari, & doctrinam tradidisse in tenebris; sed hoc dicit, quia omnis sermo ejus carnalibus tenebre sunt, & verbum ejus infidelibus nox est. Itaque quod à se dictum est, cum libertate fidei, & confessionis vult esse loquendum*.

Vel secundum Hieronymum (in hunc loc.) comparative loquitur, quia videlicet eruditæ eos in parvo Judææ loco respectu totius mundi, in quo erat per Apostolorum prædicationem doctrina Christi publicanda.

Ad secundum dicendum, quod Dominus non omnia profunda suæ sapientiæ sua doctrina manifestavit, non solum turbis, sed nec etiam discipulis, quibus dixit Joann. xvi. 12. *Abhinc multo habeo vobis dicere, que non possitis portare modo*. Sed tamen quodcumque dignum duxit aliis tradere de sua sapientia, non in occulto, sed palam proposuit, licet non ab omnibus intelligeretur. Unde Augustinus dicit super Joann. (tract. cxiii. in med.) *Intelligendum est ita dixisse Dominum, Palam locutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierunt: Et rursus non erat palam, quia non intelligebant*.

Ad tertium dicendum, quod turbis Dominus in parabolis loquebatur, sicut dictum est (in cor. art.) quia non erant digni, nec idonei nudam veritatem accipere, quam discipulis exponebat. Quod autem dicitur, *quod sine parabolis non loquebatur eis, secundum Chrysostomum* (in hom. xlvi. in Matth. circ. prin.) intelligendum est quantum ad illum sermonem; quamvis alias sine parabolis multa turbis locutus fuerit.

Vel secundum Augustinum in lib. de questionibus Evang. (scilicet secundum Matth. quæst. xv. in princ.) hoc dicitur, *non qui nihil proprie locutus est, sed qui a nullum fere sermonem explicavit, ubi non per parabolam aliquid significaverit; quamvis in eo aliqua proprie dixerit*.

ARTICULUS IV.

Utrum Christus deberit doctrinam suam scripto tradere.

Hebr. viii. lect. 2.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Christus doctrinam suam debuerit scripto tradere. Scriptura enim inventa est ad hoc quod doctrina commendetur memoriæ in futurum. Sed doctrina Christi duratura erat in æternum, secundum illud Luc. xxi. 33. *Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt*. Ergo videtur quod Christus debuerit suam doctrinam scripto mandare.

2. Præterea. Lex vetus in figura Christi præcessit, secundum illud Heb. x. 1. *Umbram habentem futurorum bonorum*. Sed lex vetus à Deo fuit descripta, secundum illud Exodi xxiv. 12. *Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem, ac mandata, que scripsi*. Ergo videtur quod etiam Christus doctrinam suam scribere debuerit.

3. Præterea. Ad Christum, qui venerat illuminare his qui in tenebris, & umbra mortis sedent, ut dicitur Luc. 1. 79. pertinebat erroris occasiones excludere, & viam fidei aperire. Sed hoc fecisset doctrinam suam scribendo: dicit enim Augustinus in I. de consensu Evang. (cap. vii. ante med.) quod sicut nonnulli movere, cur ipse Dominus nihil scripserit, ut aliis de illo scribentibus necesse sit credere: hoc enim illi, & maxime pagani querunt, qui Christum culpant, aut blasphemare non audent, eique tribuant excellentissimam sapientiam, sed tamen tanquam homini; discipulis vero ejus dicunt magistro suo amplius tribuisse quam erat, ut eum Filium Dei dicerent, & Verbum Dei, per quod facti sunt omnia: & postea subdit: *Videntur parati fuisse hoc de illo credere quod de se ipse scripserit, non quod alii de illo pro suo arbitrio prædicassent*. Ergo videtur quod Christus ipse doctrinam suam scripto tradere debuerit.

Sed contra est quod nulli libri ab eo scripti habentur in canone Scripturæ.

Respondeo dicendum, conveniens fuisse Christum doctrinam suam non scripsisse. Primo quidem propter dignitatem ipsius: excellentiori enim doctori excellentior modus doctrine debetur. Et ideo Christo, tamquam excellentissimo doctori, hic modus competebar, ut doctrinam suam auditorum cordibus imprimeret. Propter quod dicitur Matth. vii. 29. *quod erat docent eos, sicut potestatem habent*. Unde etiam apud Gentiles Pythagoras, & Socrates, qui fuerunt excellentissimi doctores,

nihil scribere voluerunt. Scriptura enim ordinatur ad impressionem doctrine in cordibus auditorum, sicut ad finem. Secundo propter excellentiam doctrine Christi, quæ literis comprehendere non potest, secundum illud Joann. ult. 25. *Sunt & alia multa, que fecit Jesus; que si scribantur per singula, nec finem arbitror mundum capere posse eos, qui scribentibus sunt, libros: quos, sicut Augustinus dicit (tract. ult. in Joann. ad fin.) non spacio locorum credendum est mundum capere non posse, sed capacitate legentium comprehendere non posse*. Si autem Christus scripto doctrinam suam mandasset, nihil altius de ejus doctrina homines æstimarent quam quod scriptura contineret. Tertio ut ordine quodam ab ipso doctrina ad omnes perveniret; dum ipse scilicet discipulos suos immediate docuit, qui postmodum alios verbo, & scripto docuerunt. Si autem ipsemet scripsisset, ejus doctrina immediate ad omnes pervenisset. Unde & de sapientia Dei dicitur Prov. ix. 3. *quod misit ancillas suas (a) vocare ad arcem*.

Sciendum tamen est, sicut Augustinus dicit in I. de consensu Evang. (cap. ix. & x.) aliquos Gentiles existimasse, Christum quosdam libros scripsisse continentes quædam magica, quibus miracula faciebat, quæ disciplina christiana condemnata. Et illi tamen qui Christi libros tales se legisse affirmant, nulla ratio facit, quæ illa illum libris talibus scripsisse mirantur. Divino enim judicio sic erant, ut eosdem libros ad Petrum, & Paulum dicens tamquam epistolari titulo prænotator, eo quod in pluribus locis simul eos cum Christo pictor viderunt. Nec mirum, si à pingentibus fingentes decepti sunt: toto enim tempore quo Christus in carne mortali cum suis discipulis vixit, nondum erat Paulus discipulus ejus.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in eodem libro (cap. ult. ad fin.) *Omnibus discipulis suis tamquam membris sui corporis Christus caput est. Itaque cum illi scripserunt quæ ille ostendit, & dixit, nequaquam dicendum est, quod ipse non scripserit: quandoquidem membra ejus id operata sunt quod distans capite cognoverunt, quæ quid enim ille de suis fecit, & dixit nos legere voluit, hoc scribendum illis, tamquam suis membris, imperavit*.

Ad secundum dicendum, quod quia lex vetus in sensibilibus figuris dabatur, ideo etiam convenienter sensibilibus signis scripta fuit. Sed doctrina Christi, quæ est lex spiritus, scribi debuit non atramento, sed spiritu Dei vivi, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, ut Apostolus dicit II. Cor. iii. 3.

Ad tertium dicendum, quod illi qui scripturæ Apostolorum de Christo credere noluerunt

(a) Vulgata ut vocarent.